PROPOSITIO SEXTA.

¶ Scalas Planetarias breuib. explanare.

HOris illis cõmunib⁹ ꝓxime additi in eodẽ orbe ſunt cancelli in formã ꝗomboeidis inclusi, ijs Characteres adiunximus duodecim ſignorum Zodiaci, ibidem per medium linea ducta eſt A.B. Ecliptica nimirum, & tranſuerſim aliæ adhuc ductæ ſunt lineæ craſsiores ꝑ modũ crucis, que principia deſignant ſignorũ Zodiaci, & ſubinde inter duas alię quoq; duę rectę ſunt ſubtiles itidem tranſuerſæ, quæ lineam A. B. inter ſingula ſigna in partes tres diuidunt, eorumq; quelibet gradus 10. ſignat. Inter iſtas linea propoſita A.B. rurſus in .5. particulas continue diſpeſcitur lineis breuiſsimis, illarum quæuis gradus duos ſignificat. Verum ex vtraq; parte lineæ huius A.B. lineę ad huc ſex apparent paràllelæ eleuati poli ad 48. gradus, & in aliis eleuationum faciebus vndiq; 8. quib. adiuncti etiam ſunt numeri ab .1. vſq; in 8. & ijs latitudo deſignatur Planetarum ab Ecliptica tam Auſtralis q̃ Borealis.

PROPOSITIO SEPTIMA.

¶ Duodecim ſigna & ex iis que ſingulis inter ſe ſint oppoſita, quiq; ſint eorum ꝓprii characteres eadem opera addiſcere.

CAncellis iſtis planetarijs Characteres addidimus ſignorum Zodiaci oppoſitorum, vt ſi videas coniuncta hæc duo ♈ & ♎, ſcias arietem libræ opponi in cœlo, ſimiliter & gradus eorũ in ęquali numero, puta 12. gradum ♈ opponi 12. gradui ♎, ſicq; in alijs ſignis & gradibus.

Nomina & intellectus Characterum.

	♈	♉	♊	♋	♌	♍
Sunt	Aries	Taurus	Gemini	Cancer	Leo	Virgo
	♎	♏	♐	♑	♒	♓
	Libraq;	Scorpius	Arcitenens	Caper	Amphora	Piſces

PROPOSITIO OCTAVA.

¶ Gradus illos quib⁹ deinceps in quadrante amplitudinem ortiuam, tũ Solis tũ planetarum, aliarũq; ſtellarum dignoſcas, internoſcere.

VIdes lineã D. E. in grad⁹ aliq̃t diuiſam: hos nimirũ amplitudinis gradus dicim⁹, Amplitudo vero aliud non eſt, q̃ arcus Horizontis inter ortum rectum ſeu Aequinoctialem & exortum ſolis ſiue ſtellæ. Si igitur ſtella oriatur ab ortu recto verſus meridiem, gradus illos inter verum ortum & ortum ſtellæ interpoſitos amplitudinem vocamus ortus meridionalis. Viciſsim quoq; ſi emergat ſtella inter ortum æquatorium & ſeptentrionẽ, gradus iſtos in Horizonte interiectos amplitudinẽ dicimus ſeptentrionalem. ✠ itaq; æquinoctialem deſignat exortum, gradus autem verſus centrum ducti amplitudinem meridionalẽ, deorſũ quoq; à cruce amplitudinẽ ortiuã eãq; ſeptentrionalẽ, ſicut ipſe te magis docebit vſus. Quodq; hic de ortus amplitudine diximus, idem & de occaſu (volumus intelligi.

PROPOSITIO NONA.

¶ Lineamenta horarum Planetarum edocere.

AD extremũ, ſicut in hac priore Quadrantis parte cernitur 6. lineę ductæ ſũt obliquẽ, & ipſæ non adcirculi ductũ formatæ, indicantes horas planetarũ, exurgẽteſq; omes ex cẽtro E. vſq; ad arcũ C. D., Cum ſuis numeris adnexis ab 1. vſq; ad 12. Horas. n. Planetarias numerare incipimus a ſolis exortu vſq; ad occaſũ eiusdem, quę etiam ſemper ſunt 12. ſiue breuis ſit ſiue longa dies, non tamen altera alteri (quod vulgus eruditorũ in hac re putat) æqualis exiſtit, Verum hora ſexta (que ad meridiem ſemper finitur) in diebus longioribus longior eſt q̃ prima ab ortu. In breuioribus vero diebus prima ab ortu ſolis hora